Ergänzungshefte zur Zeitschrift für Assyriologie.

Semitistische Studien

herausgegeben

von

CARL BEZOLD.

Heft 15—17:

GLOSSARIUM LATINO-ARABICUM

Edidit

Chr. Fr. Seybold.

BERLIN
Emil Felber
1900.

e.

...astronomia. — والسابع الشامة

Quinque enim sue in virtutes.
Sapientia;
Assiduitas legendi.
Castitas, conversatio quondam ...
... communis divitiae.
... a motione temporalium.
... contemptus mundi.

Carbunculus.	ياقوتة سوداء —
Saphirus.	الزمرد الفيروزي —
Iaspis.	الجبشي الملون —
Ligurius.	لؤلؤ —
Achates.	ياقوتة ترابي
Ametistus.	عقيق خلوقي
Crisolitus.	ياقوتة خضراء —
Onicinus.	مهاة
Berillus.	ياقوتة ملونة بسوادية

Ce livre fut de Guill. Postell,
Qui de tout veoir fist diligence,
Soy congnoissante homme mortel,
Pour chasser de soy ignorance.

Richesse ne fut, dont jour
Le feist estre si vigil
Que en tout bon scavoir.
Escoute come en bien
Estant a richesse venu
Lors la laissa come son
Quant il voulut estre
De soy et daultruy ...

Postea fuit Francisci Raphelengii, ex dono Postelli.

GLOSSARIUM LATINO-ARABICUM

EX UNICO QUI EXSTAT CODICE
LEIDENSI UNDECIMO SAECULO IN HISPANIA
CONSCRIPTO

NUNC PRIMUM
EDIDIT PRAEFATIONE NOTISQUE INSTRUXIT
TABULAM PHOTOTYPICAM ADIECIT

CHRISTIANUS FREDERICUS SEYBOLD
TUBINGENSIS.

TYPIS F. STRAUBII MONACENSIS.

ILLUSTRISSIMAE ATQUE EXCELLENTISSIMAE

REGIAE ACADEMIAE HISTORICAE HISPANAE

DE PATRIAE GLORIOSA HISTORIA
OPTIME MERITAE
ANTIQUUM ET VENERABILE HOC
LITTERARUM LATINO-ARABICARUM MEDIO AEVO IN HISPANIIS
FLORENTIUM MONUMENTUM
OBSERVANTISSIME

D. D. D.

CHRISTIANUS FREDERICUS SEYBOLD
TUBINGENSIS.

PRAEFATIO.

Exceptis linguae Arabicae, qua medio aevo in Hispania vulgus utebatur, glossis aliquot, quae quidem raro a classicis scriptoribus sermoni suo ornatiori interspersae leguntur, itemque exceptis carminibus illis popularibus poetae Cordubensis IBN GUZMAN,[1]) quorum sensus adhuc saepe admodum obscurus est et difficultatibus scatet, tria exstant sermonis illius plebeii Arabici in Hispaniis usurpati a Christianis composita monumenta amplissima: primum est copiosissimum, at difficillimum, ultimum tempore opus illud utilissimum Fratris Hieronymitae PETRI DE ALCALÁ *Vocabulista arauigo en letra castellana*,[2]) cui praefixa est succincta linguae popularis in regno Granatino vigentis grammatica »Arte para ligeramente saber la lengua arauiga« (cum Catechismo Hispano-Arabico admodum amplo). Secundum linguae vulgaris in Hispania usurpatae monumentum est *Vocabulista in Arabico* anno 1859 a Cl. MICHAELE AMARI in Florentiae bibliotheca illa Riccardiana inventus et a doctissimo CELESTINO SCHIAPARELLI anno 1871 editus; qui quidem liber in Hispania orientali septentrionali (Catalonia)

1) Cfr. D. DE GUNZBURG, *Le Divan d'Ibn Guzman. I. Le texte d'après le manuscrit unique du Musée Asiatique Impérial de St.-Pétersbourg.* Berlin 1896. (Haudquaquam editio est, sed phototypica tantum codicis expressio.)

2) Typis excusum est Granatae 1505 et ob enormem raritatem redimpressum studio et sumptibus Cl. PAULI DE LAGARDE, Gottingae 1883.

circiter annum 1275, probabiliter a celeberrimo illo theologo et fratre praedicatore RAIMUNDO MARTINO conscriptus erat. — Tertium et antiquissimum Arabismi Hispanici monumentum est codex ille unicus et venerabilis, quem hic primum in lucem publicam edimus. Prima codicis huius mentio fit in epistola GULIELMI POSTELLI, illius »litteratorum litteratissimi« (anno 1581 Parisiis mortui), ubi Cl. MASIO nuntiat se mense Februario anni 1555 comparavisse lexicon Latino-Arabicum.[1]) Versiculos illos Gallicos (sub nota 1 editos) sequitur adnotatio a posteriori manu adiecta haec: »Postea fuit Francisci Raphelengii ex dono Postelli«. In FRANCISCI RAPHELENGII Lexico Arabico (post mortem patris a filiis piis edito) Leidae 1613 codex noster primo parum diligenter descriptus est in »Elencho librorum quibus in concinnatione Lexici sui usus est Auctor«: »9. Glossarium Latino-Arabicum ante annos octingentos plus minus in membranis descriptum; in quo vocibus Latinis (sed Gothicismum interdum olentibus ac litera semi-Gothica scriptis) respondent charactere Africano Arabica, figuris vocalium omnibus accurate ut plurimum ornata.« Etiam celeberrimus Iustus IOSEPHUS SCALIGER (mortuus 1609) ad

---

1) Cfr. G. WEILL, *De Gulielmi Postelli vita et indole.* Lutetiae Parisiorum 1892 p. 124. — Cfr. in Codice nostro fol. 140a versiculos Gallicos marginales:

Ce liure fust de Guj Postell
Qui de tout veoir fist diligence
(Soy cognoissante home mortel)
Pour chasser de soy l'obliance.
Riche ne fut dont pour .....
Le feist estre si vigil .....
Que en tout bon scavoir .....
Escoute comme en bien .....
Estant a richesse venu
Lors la laissa pour son d .....
Quant il voulut estre .....
De soy et daultruy fonda .....

Cfr. Imaginem nostram phototypicam.

Thesaurum Arabicum condendum saepius codice nostro usus est (cfr. Thesauri autographon Scaligeranum Leidae et apographon Gottingense). In Bibliotheca Academiae Lugduno-Batavae habetur ille nunc »Ex Legato Illustris Viri Iosephi Scaligeri« notatus »Cod. 231 Scal.«. Nam post RAPHELENGII mortem 1597 in SCALIGERI possessionem venerat, qui eum Bibliothecae Academicae legavit. Horum virorum doctorum vestigia tandem secutus est elapsis interea saeculis duobus et dimidio Clarissimus ille Arabum Hispanicorum historiographus RENARDUS DOZY, qui in *Catalogo Codicum orientalium Bibliothecae Academiae Lugduno-Batavae* I 1851 pag. 94 denuo codicem nostrum paulo diligentius descripsit inter alia hisce verbis: »Voces Latinae charactere Longobardico ⟨melius: Visigothico⟩, voces Arabicae charactere Africano ⟨melius: Hispanico (occidentali, Maghrebinico)⟩ exaratae sunt«. At illo tempore obiter tantum DOZYUM inspexisse codicem nostrum patet ex sententia hac haud prorsus recte interiecta: »Longe abest ut tantae utilitatis sit hic liber quantae est glossarium ALCALAE. Etenim omnibus fere ⟨nimis dictum!⟩ vocibus Latinis quae in eo occurrunt, respondent voces Arabicae notissimae et in nostris lexicis exaratae«; et recte quidem viri clarissimi DE GOEJE et HOUTSMA in secunda Catalogi Leidensis editione 1888 I p. 77 seq. hunc locum plane omiserunt. Nam DOZY ipse iudicium illud leviter emissum retractaverat in ampla illa et multo diligentiore descriptione codicis nostri, quam inseruit praefationi operis uberrimi et utilissimi *Supplément aux Dictionnaires arabes*, Leide 1881 p. VIII seq., quam omnibus commendamus neque totam repetere hic libet: maioris momenti sententias ibi emissas approbamus; pauca tantum addemus hic vel refutabimus. Ex ductu characteris Visigothici ab octavo usque ad duodecimum p. Chr. n. saeculum satis constanti ac sibi admodum consimili,[1]) itemque

1) Cfr. inprimis P. EWALD et G. LOEWE: *Exempla scripturae Visigothicae XL tabulis expressa.* Heidelbergae 1883.

ex ductu Arabico maghrebinico (vel occidentali, Afro-Hispanico) nil, ut nobis quidem videtur, certi conicere licet de antiquitate codicis nostri, qui apographon admodum accuratum autographo quasi coaequale videtur esse. At pergamenae cum charta quam dicunt bombycinam coniunctio — duo enim folia pergamena semper hic sequuntur quinque folia chartacea, ita ut sint 42 pergamena, 103 chartacea — ante saeculum undecimum non invenitur chartae usu tum demum ab Arabibus in occidentem translato. Librum igitur ipsum et codicem nostrum ad saeculum undecimum pertinere mihi probabilissimum esse videtur.

Ut lexicon illud Petri de Alcalá Hispano-Arabicum compositum est Granatae, *Vocabulista in Arabico* in Catalonia (cum glossis saepe Catalanicis nondum a viris doctis ad origines linguae Catalanicae indagandas adhibitis), ita glossarium nostrum Latino-Arabicum in Hispania media uel occidentali (Castilia uel Portugallia) concinnatum esse videtur, ut ex equorum coloribus Hispano-Lusitanis[1]) fol. 138a et ex linguae Latinae formis Hispanismum saepe olentibus et ex vocabulis prope Lusitanicis conicere licet; e. g. apoperis; dies hebdomadis fol. 139b: IIa, IIIa, IVa, Va, VIa fera: Lusitanice nunc: segunda, terça, quarta, quinta, sexta feira (Hispanice medio tantum aevo: feria, ut Latine); *x* = *s* (*sch*) dextruo, sentix etc.; scribendi modi tales: uictricus, iacinctinus.

De codice nostro brevissime egit etiam G. Loewe in Prodromo Corporis Glossariorum Latinorum (Lipsiae 1876) pag. 230.

Post Loewium eundem codicem paucis tetigit G. Goetz commentationis de libro glossarum compositae p. 255 (45). Qui quod Loewium secutus (vel potius Kettnerum) ex

1) Fortasse antiquissimum linguae Hispanicae monumentum literis traditum!

glossis a VULCANIO editis et ex SCALIGERI codice Leidensi 61 haustis affirmavit, Latina lemmata ex libro glossarum pendere quamquam etiamnunc rectissime se habere censet, integro tamen glossario collato aliunde quoque multa adiecta esse non potuit non videre. „Multae[1]) insunt glossae Isidori et Eucherii, quas liber glossarum omnes continet; non paucae sunt Placidi in iisque tales, quas quidem ex Isidoro scriptor excerpere non potuerit. Accedit quod interdum glossae miro modo contaminatae inveniuntur, quod quomodo factum sit perbene ex libro glossarum cognoscitur. Velut glossa *cidarim* (p. 67) conflata est ex glossa Placidea et Eucheriana; Eucherianam scriptor ex libro glossarum nosse potuit, Placidi glossam unde petere potuerit nisi ex libro glossarum difficile est dictu. Glossa autem *lanista* (p. 281) ex his tribus glossis libri glossarum concinnata videtur: 1. *lanista laniarius*; 2. *lanistae macellarii quoqui* . . . . .; 3. *lanista macellarias*(!) *qui carnes ferro lania[n]t.* Unde facile intellegitur ad vetustiora quidem glossaria tractanda ex hoc glossario novicio et miscellaneo non ita multa hauriri posse: quae disci possunt, ad mediam potius quam dicimus Latinitatem tantum non omnia pertinent. Sed in his quoque studiis non neglegendum erit, id quod LOEWIUS iam monuit, lemmata multa ita mutata esse, ut nominum nominativi et uerborum primae singularis indicativi praesentis personae ubique pro traditis formis substituerentur. Velut glossa *praedomo subaddico subiugo* (p. 395) ex his duabus facta est: 1. *praedomauerunt sibi addixerat* 2. *praedomauerunt sibi iugauerat*; glossa *prorepo festino ingredior* (p. 412) ex hac: *proripit se festinus egreditur*; glossa *abibo recedo* (p. 1) ex hac: *abibat recedebat* (unde simul apparet formam *abibo* male pro *abeo* esse positam); denique *prouulgo proparo inpresso* (p. 415) ex his: 1. *prouulgat propalat* 2. *prouulgauit inpressit.* Quae exempla

1) Verba uncinulis inclusa GOETZII ipsius sunt.

docent quantis cum difficultatibus in singulis glossis tractandis depugnandum sit."

Quem usum habeat glossarium nostrum ad linguae Hispanicae origines ex infima Latinitate eruendas et explanandas, optime iam demonstravit clarissimus vir EDUARDUS BOEHMER in commentatione inscripta: »De lingua Hispane Romanica ex glossario Arabico et Latino illustranda EDUARDI BOEHMERI adnotatio« et suis *Romanische Studien* I 221—230 inserta; et ille quidem vir doctissimus usus est tantummodo apographo plus quam mediocri virorum FRANCISCI OEHLER et AUGUSTI ARNOLD Halensium, quorum ille Latina, hic Arabica descripserat (c. annum 1860). Cum BOEHMER qui codicem Leidensem non vidit apographum illud magnopere adiuvare posse editorem iudicaret l. l., opera ipsius BOEHMERI gratissima per illustrissimum *Corporis Glossariorum Latinorum* editorem, doctissimum collegam Jenensem, GEORGIUM GOETZ comperi, omnia OEHLERI apographa — (cuncta admodum leviter facta) — bibliothecae regiae Berolinensi divendita esse, unde intercedente benigne viro clarissimo VALENTINO ROSE apographon liberaliter ad bibliothecam nostram Tubingensem missum est, ubi inspicere illud liceret (signatum Cod. Lat. qu. 332 = Berl. Acc. 10038. V.). At illico omnis quasi spes adminiculi utilis adhibendi penitus me fefellit: nam quamvis sententiae illius memores esse mallemus »de mortuis nil nisi bene«, dicendum tamen publice hic cogimur, duplex quasi apographon illud ab initio usque ad finem innumerabilibus vitiis et erroribus scatere ita ut nullius plane utilitatis sit, immo incautum in errores sexcentos inducere possit. Mihi certe non inserviebat nisi ad restituenda vocabula aliquot in margine foliorum quorundam in initio libri nunc magis laceratorum quam quo tempore viri illi codicem exscripserunt; et memet ipsum OEHLERI neglegentia in errorem induxit: fol. 8b OEHLERO restabat *-us uberta-*, at falso legerat ille *-us* pro *-as*; quare ego quidem haud recte primum

conieci *amn-us* = *abundus*? uera autem lectio est: *amoenitas*, cfr. Emendanda p. 568.

Margines foliorum chartaceorum magis magisque evanescentium et lacerorum charta pellucida, at nimis flavescente nunc munitae sunt: id quod lectionem multo difficiliorem nunc reddit quam erat quondam Oehlero et Arnoldo; nihilominus omnes paene difficultates vici et lacunas innumeras illorum explevi. Inde a Scaligero repetitur semper falsum de scriptura nostri Visigothica iudicium »scriptum charactere Longobardico difficillimo«, Dozy *Supplément* pag. IX »le nôtre est fort difficile à lire«, Simonet, *Glosario de voces ibéricas y latinas usadas entre los mozárabes* Madrid 18(75—)88, pag. CLX »los vocablos latinos en letra lombarda de muy difícil lectura«. Ita etiam Oehler, qui codicem ita descripsit: „Codex (saeculo IX aut VIII uti videtur scriptus) habet folia bombycina membranaceis intermixta (cfr. supra p. X), forma quadrata, charactere Latino perquam insolito et difficili lectu. Litterae *a* et *u* dinosci plerumque non possunt; item persaepe mutantur *b* et *u*. Priora quatuor folia (bombyc. crassa) dimidia parte truncata sunt, de quinto nihil restat hodie nisi pars quarta superior. Atramentum est flavescens et in multis vocabulis adeo palluit, ut litterae evanuerint. Pagina unaquaeque binas habet columnas in superiore primi folii (membranacei), quod involucri instar est, prioris paginae parte manus mihi ignota scripsit (est vetustior fortasse Raphelengii aut Perizonii) »Ante annos septingentos scriptum putat illustris Scaliger«." In eodem pergameno praefixo (partem operis iuridici cum glossis continente) adnotatio posterior ad marginem legitur: *u* = *a* et *u*, *b* = *v* et *b*. Contra has opiniones affirmo: scripturam codicis nostri Visigothicam nitide et clare, paucis adhibitis compendiis et ligaturis, bona manu exaratam esse, litteras *u* et *a* nunquam, si paululum acute inspexeris, posse confundi nisi ab eo qui tanta in describendis codicibus

neglegentia utitur quanta olim OEHLER; etiam litterae *s* et *r* in scriptura Visigothica saepe admodum similes at nunquam confundendae ab OEHLERO passim miscentur (*r* ad dextram protrahitur. *s* nunquam!): item litterae Visigothicae *M* (major) et *t* (minuscula) admodum similes interdum ab illo confunduntur: primo intuitu omnia haec ex tabula nostra phototypice expressa elucent: littera *a* semper incurvata plus minus (et ligata posteriori) est, *u* recta legitur linea inferiori nunquam ad dextram prolongata. Item littera *I* longa, quae saepe pro *i* scribitur, ab OEHLERO passim cum *l* confusa est, quamvis ambae semper plane distinctae sint, *l* semper linea inferiori ad rectam protracta, *I* nunquam. Gravissimos hos in ipsis artis suae elementis librariorum codices manuscriptos exscribentium errores esse nemo negabit: praeterea facillima quaeque et clarissima persaepe ab OEHLERO lecta sunt falso; praesertim autem ubi aliquid paululum humiditate aut aliter exstinctum est aut parum pellucet, nunquam ille operae pretium ducebat moliri, ut vel microscopice intuendi vel similia lemmata comparandi ratione et labore scripturam paene deletam recognosceret; ita factum est ut lacunas relinqueret innumeras, quas ut explerem quasi cunctas facilius aut difficilius mihi contigit. Simili cum neglegentia egit ARNOLDUS in exscribendis vocabulis Arabicis: ille ductum scripturae Arabicae occidentalem, qui typum vetustiorem Cuficum magis sequitur et conservat, ab orientali satis differentem paene ignorasse videtur (persaepe e. g. confundebat litteras ب et ڢ = ف Orientis solius puncti causa in utraque infra positi). Editio igitur a duumviris illis praeparata si in lucem publicam prodiisset, abominandum neglegentiae et ignorantiae exemplum exhibuisset.[1]) Ne nimis durus videar, ad Cl. BOEHMERI

---

1) Excusatio quaedam fortasse videtur esse, quod et SCALIGER et RAPHELENGIUS multifarie erraverint et ipse DOZY admodum frequentia in Latinis et Arabicis eruendis vitia commiserit v. g. *abilclator* pro *abiieiator* (ut crebro in editione nostra adnotavimus).

praeclarum illum tractatum vitia quaedam librariorum illorum Halensium adnotabo, quibus ille contaminatus est: pag. 222, 20 *lustrus frater mariti (ubi Arabicum deest)*: deest sola Arnoldi vecordia, cfr. editionem nostram s. v. Pag. 223, 15 *concauia*: in codice quam clarissime *concausa*. Pag. 225 antepaen. et 227, 15 *proscio*: in codice luce clarius exstat: *proicio* (Boehmeri igitur conclusio ab errore hoc Oehleri deducta exstinguenda est). Pag. 226, 17 *subcumbo uel subcubeo*: Codex: *et* (non *uel*): abbreviatio contra passim adhibita *ut* (*t*) = *uel* Oehleri neglegentia persaepe *ut* lectum est, quamvis litera *t* Visigothica formam habeat plane aliam nunquam cum *t* confundendam (cfr. *Tabulam*); abbreviatio etiam ł = *in* saepe ab Oehlero non recognita est. Ibid. l. 29 Oehler ad *ofaz* codicis sua sponte addidit *i ofiaz*. Pag. 227, 30: Codex: *perpetor* (non *propetor*). Pag. 228, 20: *litro*, leg. *libro*. Pag. 230: *Marzello*, leg. *Murzello* et *Razit*, leg. *Ruzit* (= *ruzio*): ob Oehleri falsam lectionem *razit* Boehmerus in commentatione doctissima *De colorum nominibus equinorum collectanea* (*Roman. Stud.* I 231—294) pag. 294 confiteri coactus erat: »In postremum locum reiecimus glossam explicationis incertissimae *razit* اشعل . . . . . . Hispanicum vocabulum quomodo explicemus nescio.« *Rucio* explicat omnia et haec significatio Arabico vocabulo plane respondet. Tanti momenti est Oehleri continua litterarum *a* et *u* confusio in codice clarissime semper distinctarum! Comparanda etiam est doctissimi Simonet nota 6 pag. CLX (in Glossario supra laudato), ubi admodum vitiose edidit colorum illum brevem catalogum Hispano-Arabicum a Dozyo ipso ei ex codice nostro suppeditatum et communicatum: legitur hic *Murello* pro *Murzello*, *Butro* pro *Bayro* (= varius), *Horno* pro *Storno*, *Musuco* pro *Musaco*! (ibidem *trabucos*: codex habet *trubucos*). Etsi autem fabulam illam semper repetitam de scriptura et lectione difficillima reicere debemus, difficultates tamen admodum magnae superandae erant in

edendo hoc codice venerabili: nam verorum errorum, vocabulorum rarissimorum et ἅπαξ λεγομένων tam Arabicorum quam Latinorum numerum continet admodum magnum, quorum nondum omnia explanata sunt.

Auctor Glossarii nostri videtur fuisse Christianus Arabizans (»Mozárabe«) vel potius Iudaeus ad Christianam religionem conversus ut ex gemmarum catalogo, qui folio 138a additus est, conicere possis, ubi nomina lapidum pretiosorum et Arabice et Hebraice (eadem manu litteris Arabicis) versa leguntur. (Nomina contra planetarum et Zodiaci signorum Hebraica fol. 137b a posteriore manu adiecta sunt.) Etiam allegoria Psalmi 103, 19 seq. fol. 139b ad Iesum et Iudaeos spectans confirmare hoc videtur. Sermo eius patrius erat Arabicus, ut iam ex annotationibus et explicationibus semper Arabicis elucet: مكرّر, تقدّم وقد, شدّ etc. — Truncata et corrupta folii 140a nota de signo sanctae crucis formularum illarum abbreviatarum exemplum exhibet, ubi nominum propriorum et numerorum (deletorum aut incertorum) loco semper ponitur vagum illud compendium il. = ille, illius etc. Paginam illam ipsam phototypice expressam et tertio diminutam in tabula praebeo, ad illustrandam codicis nostri scripturam Visigothicam et maghrebinicam; praeterea continet et formas numerorum Arabicas admodum singulares (1—7), et versus marginales illos p. VIII editos. — Qui hymnus cujus vocabula saepe in Glossario occurrunt (cfr. *O Nazarene* s. v.) ille sit fol. 139a nescio, quare hymnologis eum commendo; fortasse ad tempus melius definiendum conferre aliquid possit; item an epistola Hieronymo adscripta pro signo fol. 141b, 142a iam edita sit, ignoro. Addere omnes illas ab eadem prima manu ad finem glossarii scriptas appendices, quas Halenses illi plane omiserunt, in ipsa editione nostra decrevimus, quia admodum magni videntur esse momenti et iam ad codicem originalem archetypum pertinere. —

Etiam Graecum illud transcriptum alphabetum memorabile et numeralia, cum hebdomadis diebus, iam collegae Clarissimo Gulielmo Schmid a me commissa et ab eo edita: (*Byzantinische Zeitschrift* 1898 p. 406—7) *Vulgärgriechisches aus einer spanischen Handschrift* denuo edimus hic integro statu, lectoribus ceterum ad notas illas doctissimas revocatis.

Latinum glossarum textum nunquam mutavi, solum in adnotationibus vitia evidentia emendavi uel notiores vocum formas ut intelligendi adminicula persaepe adieci. Arabica saepius emendavi, ubi vitium patuit, adnotata semper codicis lectione; Arabica saepe Latine verti, ubi ex re esse videbatur ad explanandam melius glossam Latinam aut ad indicandam versionis differentiam. Numerabiles posteriorum adnotationes asterisco * notatae, a quibus viris adscriptae sint, haud facile esset expeditu: omnino autem haud tanti momenti sunt, ut operae pretium esset originem earum planius indagare. In Arabicis glossarii vocabulis classicae linguae forma affectata est vocalibus finalibus et nunatione appositis quasi semper, saepe etiam cum nimium et vitiosum id sit cfr. إِذَآءً مُرَبَّآءً etc. item in »matribus lectionis« ا و ى pro *â û î* plurimum vocales (*Fatḥa*, *Ḍamma*, *Kesra*) omisi. Cum ceterum linguae Arabicae habitus hic potius vulgaris sit, omnes fere vocales finales omisimus; ubicunque vero vulgares formae signis plane expressae sunt eas demum sponte retinuimus. Praeterea de lingua Hispano-Arabica vulgari mox diligentius agemus in ampliore nostra illius dialecti descriptione, quae brevi hanc editionem sequetur.[1]) Ipsum doctissimum Dozyum et glossario nostro et *Vocabulista*

---

1) Et Latina quoque nostri fusius ipsi tractare audebimus praesertim cum Georgius Goetz summa qua est liberalitate cunctam suorum ex libro glossarum excerptorum materiam ut utilissimum operae huius adminiculum libenter nobis subministraturum se esse promiserit.

in Arabico et Petri de Alcalá Lexico Hispano-Arabico admodum obiter et desultorie usum esse in componendo promptuario illo uberrimo et medii et infimi Arabismi Glossario ceterum laude dignissimo: *Supplément aux Dictionnaires arabes*, prorsus tum demum patebit, quando unquam Thesaurum Arabico-Hispano-Latinum ex tribus illis magnis copiosisque linguae Arabo-Hispanicae monumentis (adiectis carminum illa popularium Ibn Guzmani collectione glossisque dispersis etc.) quasi indicem simul grandium illorum voluminum generalem ipsi composuerimus, quod quidem opus immensum multis annis abhinc iam praeparatum et adeo promotum perfecturos nos esse in universali illo virorum doctorum rerum Orientalium studiosorum concilio Romae 1899 publice polliciti sumus. Permultum certe Cl. Dozy contulit ad studia Arabico-Hispana magis provehenda viasque novas saepe nobis aperuit, sed multa etiam posteris reliquit, quae indefessa eius industria perficere nequibat.

Addendus est hic etiam catalogus quidam vestium Arabicus qui rudi manu tironum more charactere occidentali folio 1a chartaceo plus quam dimidium truncato inscriptus est (quem Arnoldus artificiose et pueriliter in charta pellucida imitabatur vocabulo nullo intellecto); nam momenti alicuius est quoad formam linguae vulgarem et vestes ipsas:

. . . .َمْ شِقَاقْ رُومِيَهْ
شِقَاقْ رُومِيَهْ خَامْ
[مُلْ]حَمْ وَخَمْسَهْ (خمسة =) أَقْنَعْ
وَدُرَعَهْ زَرْقَ (زَرْقا =) مُلْحَمْ
[زا]وْج كَرَزْ (كَرَازِى =) ودُرَعَ عَكَرْ
ومُوخَدَا مُودَبَجَ (مُخَدَّة مُدَبَّجَة =) وَزَوْج أَقْنَاعَ سُوسِيَهْ

سُوسِيَهْ وَرِى (وَزِىّ =) بَلَنْسِى
سُلْطِنِى ودُرَعَ خَزْ
مَلَحِفْ (ملاحف =) زُرْق سِتَرَ (سِتارة =) كِتَانْ
كُمَيْت ومَقّعَدْ رِجْوَانْ (ارجوان =)
لُوحَيَفْ (لُحَيَّف =) سَغِيرْ (صغير =)
لُوحَيَفْ (لُحَيَّف =)

Iamque tempus est gratias agendi quam maximas Viro Illustrissimo Georgio Goetz Jenensi qui nunc Glossariorum Latinorum longe peritissimus est pro opera sua liberaliter in perlegendo textu latino plagularum a 20 usque ad ultimam consumpta, qui etiam ad praefationem additamenta quaedam et ad Addenda emendationes complures mihi suppeditavit. Eiusdem Viri Doctissimi uberrimus *Thesaurus Glossarum emendatarum* = *Corpus Glossariorum Latinorum* Tom. VI Lipsiae 1899—1900, si iam ad praeparandam editionem nostram praesto fuisset, nobis magnum certe auxilium attulisset; at futuros Glossarii nostri lectores certe adiuvabit optime.

Itemque gratias dicimus sincerissimas Cl. Viro linguae Arabicae et classicae et vulgaris gnarissimo Martino Hartmann, qui easdem fere plagulas (15 seqq.) perlegendi operam lubenti animo suscepit et in Arabicis interdum notam aliquam utilem adferre potuit respiciendam. — Magistri etiam dilectissimi, praematura morte (mense Junio 1899) et amicis et litteris Arabicis erepti Alberti Socini memoriam pie recolere hic mihi liceat, quippe qui semper discipulum gratissimum ad studia inprimis haec Hispano-Arabica quam maxime exhortatus et summa cum delectatione semper ea persecutus sit, ita ut plagularum usque ad ultimas vitae suae hebdomadas videndarum cupidissimus esset.

Summae autem gratiae debentur Illustrissimo Viro et Egregio Interpreti Legati Warneriani Cl. de Goeje, qui

per tres fere annos thesaurum illum Bibliothecae Leidensis inaestimabilem codicem glossarii nostri manuscriptum unicum inaudita alias cum liberalitate in domum ipsam mihi commisit, quo melius eum possem examinare et perscrutari ad editionem hanc quam accuratissime comparandam.

Gratiae denique agendae sunt Cl. Viro Carolo Bezold Heidelbergensi, cui incumbit cura huius *Studiorum* Semitico-Orientalium collectionis edendae et qui libenter plagulas cunctas primo percurrendi laborem suscepit.

Et nunc demum hanc nostram (biennio abhinc imprimi coeptam) amplissimi huius studiorum Latino-Arabicorum monumenti editionem et doctis viris qui infimam Latinitatem et linguas neo-Latinas sive Romanas indagant et iis qui sermonis Arabici formas varias et dialectos perquirunt, pariter commendamus, ut novum inde scientiae fructum percipiant.

Tubingae Idibus Octobribus anni 1900.

Christianus Fredericus Seybold.

Abbreviationes et signa:

DS = Dozy, *Supplément aux Dictionnaires arabes.*
DC = DuCange, *Glossarium mediae et infimae Latinitatis.*
CGL = *Corpus Glossariorum Latinorum.*
G. = Goetz.
⟨ ⟩ ab editore addita.
* a posterioribus addita.

⟨INCIPIT A⟩B LITTERA A.

Fol. 1 b col. 1 abscissa col. 2

⟨abena⟩[1])	عِنان
abeo	اِذْهَبْ وَامْضى
ab éo	عَنْهُ ومِنْهُ
ab éuo[2])	مِنَ العالَم
abe[3])	السَّلَم عَلَيْك
abete[3])	السَّلَم عَلَيْكُمْ
abibo recedo	
abiaeius[4]) qui seducit seruum alienum aut tecus[5])	
abhinc	مِنْ هُنا
abicio	اِعْتَزِل وَادْفَع وَاخْلِع وَاضْطَّرِح
abicit periecit[6])	
abiectio	عار وَامْتِهان
abiurate furate	
abiupte[7]) etate	
abiectus	مَسْقوط مُضْطَّرِح

1) habena q. v. et freno 2) ab aevo 3) ave, avete 4) abiieius = abige(i)us, cfr. abiieiator 5) pecus 6) cfr. proicio 7) abiunte (DUCANGE)

abierunt مَضَوْا ونَهَضوا

abientes طالِبون[1]

abies ابْنوز[2]

abietum شَجَر الأَبْنوز

abiit ذَهَب ومَضَى

abigo ..... وَابْعِد[3] وَاصْطَرِح

abiieiator[4] ....

abimatu[5] .... يَقين[6]

Fol. 2a col. 1 abimo deiosum[7]

abinitio ⟨مِن⟩ البَدى

abintus من داخِل

abissus عُمْق الأَسافِل وهو قَعْر الجَحيم

abis recedis

abis uadis ambulas

abisrate[8] electe

abitator ساكِن

abitum[9] absconsum

abitudo زِيّ وكِسْوة[10]

abitus corporis forma siue cultus uel uestimentum

abiurgo nego

abiuro nego

---

1) quaerentes, ergo = ambientes 2) ebenus 3) litterae بعـ desunt interscissae; cfr. expulit, exacrat; aufero 4) abigeator, cfr. plagiator; abiaeius 5) = abrimatus, obrimatus(?) 6) certus, ratus; arab. vix legendum 7) deorsum 8) abrisate, obrisate; abrizum = *ὄβρυζον*, cfr. Loewe, *Prodrom.* 60 9) abditum 10) translatio sequentis

ablactatus مَفْطوم
ablatus مَنْزوع
ablego condenno
ablicio abstrao seduco
ablubio uel adlubio[2]) مَرَض ثُم غثاء[1])
abluo أغسِل وأطَهِّر
abluit mundat labat
ablutus مُطَهَّر
⟨abnego⟩ أجانِب[3])
⟨abnepos⟩ حَفيد الحَفيد col. 2 abscissa
⟨absor⟩ta مُبْتَلِعة[4]) Fol. 2b col. 1 abscissa col. 2
absorti sunt اقْتَرعوا وتَشاركوا[5])
absortus مُسْتَغْرِق[6])
absque sine بِلا وَدُون
absque ambiguitate بِلا شَكّ
abstergo aufero
abstersus مَغْسول
absterreo ualde terreo
abste سِواك وَدُونَك
abstemius مُمْتَسِك عَن الخَمْر
abstero[7]) abicio

1) »morbus, tum sordes«; cfr. DS et Erpenii observationes ad Raphelengium غُثاء »quisquiliae, sordes aquae innatantes« 2) cfr. adlubium 3) cfr. deuito 4) absorpta = deglutiens 5) sortiti sunt et consortium habuerunt 6) submersus 7) absterr(e)o

	abstinatio[1])	قَصْوة[2]) وجُزْم
	abstinenter patienter	
	abstinentia	امْتِساك وتَحامِ
	abstitit	دَفَع وغَيَّب[3])
	absto resisto disto	
	abstractus	مَجْبود مَقْلوع
	abstrao eicio[4])	
	abstrusum	مُثَقَّف مَغْلوق
	abstrudo includo	
	abstuleo	انْزِع وأُحَرِّف
	absum	انقص
Fol. 3a col. 1	absurdum	⟨فار⟩غ
	abta	مُشاكِلة مُتْقَنة
	abtus est	يَصْلُح ويُشاكِل
	abuerunt[5])	صاروا
	abundanter	صَرَفًا[6]) كَثيرًا
	abundantia	نَماء وكَثْرة
	abusíve	عادة مِن العَوايِد[7])
	abusi sunt	تَعَوَّدوا وَاسْتَعْمَلوا[8])
	abusitatus	رَدِيّ العَوايِد
	abutor male utor	

---

1) obstinatio cfr. obstinatus, pertinacia, duritia 2) قصوة = قسوة 3) repulit et abdidit 4) cfr. ablicio 5) cfr. habitus est صار 6) DS 7) usus de usibus (moribus) 8) consueti et usi sunt

⟨abutitur⟩	يَسْتَعْمِل[1]	
acacia	رُبّ الخَرّوب	
acantelos	اسْفَراج[2]	
acantos	اسْفَراج	
acantus	زَعْفَران وعُصْفور	
acantus genus ⟨oleris, floris⟩		
acapulus	شَفْرة السَّيْف[3]	
acape audi accipe		
a carie	مِن العِفْن	col. 2 abscissa (restant solum nonnulla verborum initia in acc(en-), acer-)
achates	ياقوتة بِزادى وهو الجَزّع	
acedémicus[4]	فَيْلَسوف	
acediosus	مُهْتَمّ	
⟨acola⟩	غَريب ثُمّ عامِر وأَصْلى[6] وماسك القياع[5]	Fol. 3b col. I abscissa col. 2
acolitus	سَقّاء[7]	
ac per hoc	وَلِهَذا ومِنْ أَجْل هَذا	
ac primum inprimis statim		
acredo	حُموضة وبَشاعة	
acrimonia	حَرَد وشِرّة وَانْتِباه	
acriter	شَديدًا	
acsi tamquam quasi		
actenus	حَتَّى الساعة	

1) utitur 2) DS 3) capulus (q. v.) gladii 4) academicus
5) C. المباع 6) cfr. ciuis, indigena 7) rigator, pocillator

actito frequenter facio

actio ..... ⟨صُنْع⟩[1] وَافْتِعال

actor مُعَلِّم ومُرَتِّب وحارز[2]

actuarius كاتبًا[3] مشهور

actus فِعْل

actutum brebiter cito

accubatio مَضْجَع

accubo أتكى

acueluti sicuti quemadmodum

aculeum آلَة لِلْعَذاب

aculeus uel stimulus مَنْخَسة

acumine حَدّة ورَشَقة

acumino أحدّ

Fol. 4a col. 1 acuo ⟨احـ⟩ـدّ

accusatio بَغْي وشَكِيَّة

accusator باغي

accuso أشْكو وأبْغي

acus إبْرة ونُخال ونُشارة

acutus حادّ

---

1) signa tantum uidentur ceteris interscissis 2) doctus et graduatus et colonus (pro حارث) uel diligenter custodiens a حرز = حرس 3) »ut notum« = »actor« modo memoratus; cfr. operarius, efficax, fabricator بنّاء صانع

ádamans[1]) حجر الماس
adamo احب جدا
adbrebio[2]) أقلّ وأقلّص واقصر
adbibo
(adcelero) أسرع
adcommodatus نافع مشاكل
adcurro confugio
adclinis خانع ومايل
áddico أرغم[3])
addictus مرغوم معذّب
addisco demonstro inbuor
addidit زاد
addimentum
addo أزيد واخلف
adduco أجلب واحمل
adéo uel ídeo لذلك
(adla)tus مباح معطا
adlectus مختار
adleuito[4]) adleuo
adloquor interpellor
adlubium طوفان[5])

col. 2 abscissa; videntur solum adfinis, adfirmo adfilio, adfligo . . . . adhoc Fol. 4b col. 1 abscissa col. 2

1) adamas ἀδάμας 2) cfr. brebio 3) cogo, ergo áddico, addictus = adigo, adactus; cfr. mancipo 4) DUCANGE: adleviare 5) diluvium q. v.; cfr. ablubio

administratio	مُواساة ومَوْهَبة
administro	أُواسى
adminiculum	مُعين ورَفيد
admirabile est	هو عَجيب رَفيع
admirabilis	عَجيب
admiraculum	تَعَجُّب وَاية
admiscitur	. . . .
admissum	ذَنْب (1)
admoderor guberno	
admodum quantum quam uel ualde	
ad momenta	إلَى السّاعة
ádmoneo	اوصى وَاعْهِد
admonitus	مَخْصوص مامور وموصا
admoueo applico jungo	
admonto aceruo	
adnecto	أعْقِد
adnepos	وَلَد حَفيد الحَفيد
adnotate	عَرِّفوا (2)
Fol. 5a col. 1 adnotatio	⟨معـ⟩رِفة
adnullo	أحْوِى (3) وَاسْتَوْعِب
adnuntio	أُبَشِّر وَاخْبِر

---

1) commissum (crimen) 2) adnotaverunt 3) DS خوى; cfr. exinanio, fruor

adnuo concedo do		
adobtio	تَبَنّي	
adobtiuus	وَلَد التَّبَنّي	
adolatio	مُساعَدة[1]	
adolator	مُساعِد	
adoletur	يُبَخِّر	
adoram[2]	بالْفُجَأة	
⟨adoro⟩	أَخْنَع وَاسْجُد	col. 2 abscissa
⟨adstipu⟩lor	أَكْتُب	Fol. 5b col. 1 abscissa
⟨adsto⟩	أَحْضُر	col. 2
⟨adstruo⟩	أُوَدِّب وَأُعَلِّم	
adstiterunt	حَضَرُوا	
adsuesco	أَعْتاد[3]	
adsum	هَأَنَذا حاضِر	
adsumo	أَتَّخِذ وَأَحْتَوِي وَأَتَقَبَّل	
adsumtio	أَخْذ ورَفْع وقَبْض	
adsumtor	مُتَّخِذ مُحْتَمِل	
adsumtus	مُتَقَبَّل مُتَّخَذ	
adtraxi	جَبَذْتُ	Fol. 6a perg. col. 1
adtritus	مَرَضَّض	
aduectus	مَجْلوب وماسوق[4]	

1) DS 2) ad horam 3) C. أَعْتادُو 4) مَسُوق, cfr. »ductus«

aduena peregrinus	غَريب واقِع نازِع
adueneris	تاتى مِن بَعْدُ
aduentante	أتِ مُقْبِل
aduenticius	قَريبُ الإِقْبال
aduento aduenio	
aduentus	قُدوم وَاقْبال
aduersarius	عاصى وعَدُو ومُخالِف ومُضِدّ
aduersantes	مُخالِفون
aduersa	مُعانِدة ومُخالِفة
aduersitas	ضِدّ ومُعارَضة
aduersitates	مَكارِهُ
aduersio et auersio	قَهْقَرة ومُخالَفة وعُنود
aduersor	مُخالِف
aduerso	أُخالِف
aduersum uel aduersus	عَلَى خِلاف
adulescens	فَتًى وحَدَث
adulescentia	حَداثة وصِبَاء
adulescentula	جارِية
adulor[1]) uel adultus	غِمْر وصَبِىّ[2])
col. 2 adulterantes	مُحَرِّفون
adulterinus	زَنِيمىّ مَنْبوذ
adulterium	⟨زِنًى⟩ وفَساد

1) adultor q. v. 2) inexpertus et puer

adulter زانٍ فاسد
adultero أُحَرِّف وأَفْسِد
adultor فاسِد وحَدَث أَيْضًا ومُرَبّا[1]
adultus مُرَبّا
adumbro tego
aduocatus مَنْدوب
aduolbo أَجْعَل وَاضِعُ[2]
aduolo أَطير وَاتَخَلَّص
aduolutus مُلْتَفّ
aduncis naribus أَفْطَس
aduno in unum redigo
adustus محروق
aeglesia مَجْمَع
aemulus[3] مُقْتَدى
aenigma[4] مِثال
aepulum تَنَعُّم[5]
aeque similiter prudenter
aequus عَدْل
aerium celeste
aer أَيار وهَواء Fol. 6b col. 1
aes صُفْر

---

1) corruptus et juvenis iterum et adultus 2) pono et colloco 3) cfr. emulus 4) cfr. enigma 5) paene exstinctum: epule q. v.

affabor أُخاطِب

affabilis delectabilis uel quod explicitur sermone

a facie عَنْ وَجْهه

affatim صَرْفًا

affecto أَهْتَبِل وأَتَمَنَّا

affectus حُرْفة وهَوا وشَفاعة ومَحَبّة

affero أَجْلِب

afferte قَرِّبوا وأَهْدوا

affertur يُجْتَلَب

afficio أَدْهِق

affigo الصق

affinitatis الأَقْرَب

affligo أَذِلّ

afflictus مَذْلول

afflo inlumino uel aduro

affluenter كَثيرًا

affluentia فَيْض وكَثْرة

affluo أَشْبِع وَاجْزِل وَاتَمَلَّك

affluo

affor أُفَسِّر وَاتَكَلَّم وَأَقول

col. 2 aforismus عَلامات المَوْت

Affrica بَلَد أَفْرِيقِيَة

agapem[1]) merum	صافى	
agger	كُدْس	
aggero	أُكَدِّس وَاكَوِّم	
ager	فَدّان	
agebatur	يُفْتَعَل	
agilis	سَرِيع	
Agye sancte	يا قُدُّوس	
agit uel facit	يَعْمِل ويَصْنَع	
agitator	مُعَذِّب وصانِع	
agite	اصْنَعوا	
agino explico		
agito	اهَيِّج وَأُحَرِّك وَأُزَلْزِل	
agmen	مَوْكَب وحَشْد	
agmina	حُشود	
agnatus	قَريب مَعْروف	
agnitio	مَعْرِفة وعِرْفان	
agnitus	مَعْروف	
agnus	خَروف	
agon	حَرْب	
agonia alacritas uel uigor		
agonizare	مُجاهَدة	Fol. 7a
agrestis	بَدَوى([2] فَلّاح	perg. col. 1

1) hisp. aguapié, port. aguapé, SIMONET *Glos.* aguapí 2) cfr. rusticani

	agricola	عامِر فَلّاح
	a gula	دَنَق وشَوْق[1]
	aguratrix[2]	مُتَطَيِّرة
	aguriatus[2]	مُتَطَيِّر
	agustus[2]	رَفيع وشَريف
	ayo	أقول وأحْكى
	ayt	يَقول
	alapa	كَفّ وجُمْع
	ala	إبْط
	alacer	سَريع
	alacriter	إرْتِياح وسُرور[3]
	alacritas	سُرور وسُرْعة
	alafantos[4]	فِيَلة
	alcion	عُلْجُم
	allebatus	مُشَرَّف ومَرْفوع
	allebo	أقيم وَارْفَع
	allegoria	سَريرة
	alleta[5]	عَبْد وَمُجاهِد
	alea	شَطْرَنج
	ale[6]	مَواكِب العَساكِر وَايْضًا إبْطان
col. 2	ales	طُيور

1) voracitas et desiderium 2) aug . . . . 3) alacritas 4) elefantos 5) cfr. atleta 6) alae

Alexandria	مَدِينة الأَسْكَنْدَرِيَة
alfabeto	بَيْت شِعْر ومَرْثِيَة(1
algor	جَلِيد
algeo frigio	
algosus	مَسْرود(2
alius	مَعْ هَذا وَسِوا هَذا
alius aliter	خِلافُ ذَلِك
alicio inuito suadeo	
allicio alligo	
alicuius	بَعْض شَيْء
alienatus	مَبْعود وأَحْمَق
alienigena	غَرِيب وأَجْنَبِى
alieni	أَباعِد
alienus	أَجْنَبِىّ
allido	أَسْرِع(3 وَأَرَضِّض وَأَكسِر
allísus	مُرَضَّض
alimenta	طَعام وغِذاء
alimonia	غِذاء ومَطْعَم
alinum	خِشْف(4
alipis5) equus	فَرَس

1) Cod. شِعْر ومرثية; DC alphabetum schola seu locus, in quo monachi vacabant studio psalmorum memoriter addiscendorum 2) DS, Raphel.; = alsosus (Isidor) ?مبرود 3) اصرع 4) hinnulus cfr. ennulus, innulus 5) alipes

alioquin	وَلاكِنْ وَإِنْ كان غَيْر ذَلِك
aliquando	فيما مَضَى وأَبَدًا وقَطْ ومَرَّةً
Fol. 7b col. 1 aliquanto paulatim	
aliquantisper aliquamdiu	
aliquatenus	لَكِنْ وغَيْر ذَلِك
aliquantulum	سَهْم صَغير ويَسير وقَليل
aliquantum parum	
aliquis et aliqui	بَعْض وقَوْم
aliquod	بَعْض وشَيْء
aliquotiens	بَعْض الأَحْيان
aliter	خِلاف ذَلِك وسِوا ذَلِك
alitus	نَسيم ونَفَس
alium[1])	ثَوْم
alius	أَخَر
aliut	شَيْء
alixum[2])	مَسْلوق
alo	اشْبَع
aliorsum altera in parte	
alme	يا قِدّيس ويا رَفيع
alnus i. e. poplus	شَجَر الحَوْر
aloa	العُود الرَّطْب
aloen uel aloes	سِرْو ودار صيني وصَبِر

1) allium 2) elixum

alopicia	داء الثَّعْلَب وَايْضَا الفُرِّين[1]
alsio	أَبْرُد وأَرْتَعِد[2]
altare uel altarium	مَذْبَح col. 2
altea	الخَطْمِيّ
altercatio	تَشاجُر
altercor	أَتَشاجَر
alternatim	فى التَّكْرِير
alternis agunt non simul, sed vicissim agunt	
alternat	يُسَبِّح ويُبَدِّل •
alternus uicarius	
alteruter aut hoc aut illut aut uterque sibe inuicem	
altiboo clamo	
altilia	طُيور
altilitas	غِذاء
altilis nutribilis	
altissimus	عَلِيّ
altior	مُعْتَلى
altitudo summitas	
altor nutritor	
altum	مُرْتَفِع وغامِض
aluearia	مَجْبَحة[3]
aluesco candesco	

1) DS de porrigine 2) algeo et contremesco 3) DS

alueus مَخاضة(1 الوادى
aluit قَوّت وربّا
Fol. 8a col. 1 alumnus filius uel seruus
alumen شَبّ
aluo purgo
aluus بَطْن وجَوْف(2
amabilis مَحْبوب
amaneo extramaneo
amata مَحْبوبة
amaricéris تَتَمرّر
amarus مُرّ
ambiguitas شَكّ
ambíguus et amfibolus مُشَكّك
ambio أحْدِق
ambítus تَحْديق وتَحْليق
ambitio إشْتِهاء ورَغْبة
ambitiosa عاجِزة
ambostis pugillus uel pugnus
ambo اثنان جَميعا
ambroseus فَوْح سَماوىّ(3
ambrosia الكَرَفْس الجَبَلىّ(4
amburo aduro

1) cfr. uadum, papirio; pro مَخاضة 2) venter 3) odor coelestis 4) apium montanum

ambulo	أَمْشِي وأَسْلُك وأَنْهَض	
ambutus[1])	زُقاق ([2]	
a		col. 2
amen uere siue fideliter		
amena	هادِنة وناعِمة	
amenitas iucunditas		
amentia	. . . .	
amens sine mente		
amentum[3])	. . . .	
ameos	. . . .	
ametistus	. . . . حَجَر السَّبَج	
amici	. . . . وأَصْدِقاء	
amicitia	صِداق	
amictum	كِسوة	
amictus	مُكْتَسِي ومُحْدَق	
amicus	خَلِيل وحَبِيب	
amigdalus	لوز	
amĭcio uel uestio	أَكْتَسِي	
amine[4])	⟨قِسْط⟩	
amno[5]) nego		
amissarius[6])	. . . .	

1) ambitus cfr. biuium 2) angiportus 3) cfr. LOEWE, *Prodrom.* 367—70 4) cfr. DUCANGE: amina 5) abnuo; cfr. LOEWE, *Prodrom.* 421 6) cfr. emissarius, admissum

	amissio	. . . .
	amissiones	. . . .
	amisit	. . . .
Fol. 8b col. 1	⟨amitto⟩	أُفارِق
	⟨ami⟩tto perdo	
	amita	عَمّة
	⟨amnes⟩	مِياه
	⟨amnis⟩	نَهْر مُثِير وخَلِيج
	⟨amnis Anae⟩	وادى أَنَهْ[1]
	⟨amnes⟩	أَوْدِية وَانْهار
	⟨amn⟩us[2] ubertas uel multitudo	
	⟨amo⟩	أَحِبّ
	amobe	أَنْزِع ونَحِّى
	amolio dissipo	
	a modo	مِنَ الأَن
	amómum	نور ذَكِى مِثْل القَرْفة
	amor	مَحَبّة
	amotus est	أَنْقَشَع وَزال
	amplecto	أَلْتَزِم
	ampliabo	أُوَسِّع
	amplifica	أَبِح وَاكْمِل

1) = Guadiana 2) = abundus? -us uberta- nunc absciss., OEHLERO adhuc restabat

amplificatus	عَزِيز مُقَدَّس
amplificare	اباحة
amplior plurior	
amplitudo magestas[1]	
amplius	أَكْثَر وكَثِيرًا وبَعْدها col. 2
ampulla	كاس مَفْتوح وطَنْجَهارة وأَشْكالة[2]
amputo	أَبِين وأَقْطَع
amula	فَيّاشة وَابْرِيق
amulum flos farine	
amum	صَنّارة
amurca	ثُفْل الزَّيْت وهو عَكَرُه
amussi	قُنْبطال وميزان
amutio taceo	
anaboladium	رِداء
anacoreta	قَفْرى
analogium	مِنْبَر وكُرْسى
anastasis	قِيامة
anathema	لَعْنة
anathematus alienatus	
anceps	سَيْف ذو الغِرارَين ثمّ شَكّ[3]
ancilla	أَمَة وخادِم

1) بَسْطة* 2) cfr. cáucum; Simonet *Glos.* excala 3) gladius bisacutus, tum dubium

ancile — تُرْس صَغير

ancipiter — ذو الغِرارَين[1]

ancisus — مَخْتون[2]

anclo — أَسْتَقي

áncora nauis — هَوْجَل[3]

ancusa — شَجَرة المَلِك[4]

Fol. 9a col. 1 anelatus — مَحْزون

anelabundus fatigandus[5]

anelia — تَشَجُّع وَاِقْتِدار ثُمّ فَرَح[6]

anelítus — فَشْل وتَنَفُّس

anelo incumbo

anélus — ضَيق وَايْضًا مُهْتَبِل[7]

anfiteatrum — مَلْعَب

anfora — أنْيَة

anfractus circuitus uiarum uel sermonum

angario — أُسَخِّر وَأُشَخِّص

angelus — مَلَك

angína taberna — حانوت

angio sollicito

ango constringo

angor — وَجَع وتَعَذُّب

---

1) = anceps; cfr. bifera, bis acutus 2) circumcisus 3) DS
4) anchusa 5) fatigatus 6) fortitudo et potestas, tum gaudium
7) angustus (asthmaticus) et iterum assiduus (q. v.)

anguifera ثُعْبان

anguis omnium serpentium genus

angula سُرَيْقَة(1 التّاديب

angularis رُكْنى

angulus رُكْن

angustia ضِيق

angustior أَتَضايَق

anilia . . . . وجَهْل col. 2

anilis senilis uel leuis

animaduerte أَشْعُر

ánima نَفْس

animal حَيَوان

animo ortor firmo

animalis ‹بهيمى›(2

animatus ‹مُتَنَفِّس›(2

animequior esto ‹طِ›بْ نَفْسًا

animositas سَخْطة

animus نِيَّة وضمير(3

anitas senectus

anniuersarium مِن عام إِلَى عام

1) DS anguilla, zurriaga 2) nunc abscissum, ARNOLDO paululum uisibile 3) C. ظمير; de نيّة finis tantum restat; cfr. RAPHEL. ظمير

a nobis	عَنَّا
annon	أَمْ لا
annonas	رَوَاتِب[1]
annosa	مُسِنَّة
anos	الهَنات[2]
anologia	مُقارَنة وتَشْبيه
analogium[3]	‹منبر› وكُرْسى قَدْ تَقَدَّم شَرْحُه
anolum	خاتَم وحَلْقة[4]
an numquid anne an uerum	
Fol. 9b col. 1 **‹an po›tius**	هَلْ يَحْسُن
anquiro ualde quero	
ansa uel ansula	مِقْبَض وعُرْوة
anser uel auca	إِوَزّة[5]
antecedo precelero	
ante in conspectu	قَبْل وأَمام
antecellit[6]	يَراس
antecessor[6]	مُتَقَدِّم
antemanica	أَبْواب الكُمّ
antequam conueniret	قَبْل أَنْ يَجْتَمِع
anterior	بادِر مُتَقَدِّم
antestis[7]	مُقَدَّم وكَبير وَاسْقُف

1) portiones, stipendia 2) pudenda 3) q. v. supra p. 21 4) annulus sigillarius et annulus 5) cfr. ceriala 6) nunc absciss.; Oehlero adhuc restabat: ... ecellit, ... cessor 7) antistes

antia	ناصِية ووَفْرة ودَلال
antícipo	أَتَقَدَّم
antes	رُكْن الكَرْم
antídotum	تِرْياق وَايارِج
antifona	صَوْت مُكَرَّر
antifrasis	قَوْل ظاهِرُه ضِدّ باطِنِه
antiquitus	قَدِيم
antiquo ad statum reuoco	
antiquus	قَدِيم
antiquus dierum	قَدِيم الأَيّام
Antichristus	دَجّال col. 2
antrum	كَهْف وسِرْداب
anularis	البِنْصَر وهو الاصْبَع الرّابِع
a nullo	لَيْس مِنْ أَحَد
anus uel ana uel annosa	عَجوز مُسِنّة
annua	أَخِر السَّنَة
annuo uel innuo	أَغْتَمِز وأُشير
an numquid	أَمْ وأَتُرا
anxia	هَمّ وكَرْب وضِيق[1]
anxiatus	مُغْتَمّ ومُهْتَمّ
anxius	مَحْزون
a patria	عَنِ المَوْطِن

1) sollicitudo et moeror et angustia

apparebo	أَظْهَر
appareo	أَتَظاهَر
apparuo	أَظْهَر
apparatus habitus	
apparitores	شُرَط
appendix socius	
appendix	رَفيق
apertus uel aperte	واضِح
aperio	أَفْتَح وأُوضِح وأُوَسِّع
apertiora	واضِحة بَيِّنة
aper	خِنْزير
Fol. 10a col. 1 apes	نَحْل
apex	حَرْف وأَعْلَى الرّاس
appeto	أَنْزِع
appetítus	المَدْح المَرْغوب
appetitor alienorum	غَصّاب
apices	حُروف
apio	كَرَفْس [1]
apio ligo	
apocrisis depulsio	
apogeum	سِرْداب
a poetis	مِنَ الشِّعْر المَوْزون [2]

1) apium 2) a poesi mensurata

apologeticus	شاكٍ وباغٍ
apológia	شَكِيّة وبَغْى وتَعَذُّر
appono addo	
apoperis[1]	قَرَعَة
apopléxia	خَبْطة وجَمْد الدَّم
ápponet	يَجْعَل ويَزيد ويَروم
aporia	حَيَران الرّاس
aporio	أنْتَهِر
aposfragisma	طابَع الخاتَم
aposcede	خَزانة[2]
appositio	تاليف
apostata	مُرْتَدّ عَنِ الإيمان
apostaticus	‹داف›ع الدّين ومُرْتَدّ col. 2
apostoma[3]	دُبَيْلَة
apoteca	خَزانة
apto conpono	
apricus locus calidus uel solanus	
aput ad	عِنْد ولَدَى
aput se	عِنْدَه
aput illum	‹لد›يه وعِنْده وقَبْله
aquapenúria	قِلّة الماء

1) cfr. portug. abobora, abobra = Kürbiss: apopores Isid., *Orig.* 17, 10 ff. nr. 25. Simonet, *Glos.* s. v. abobra 2) apoteca q. v., ἀποθήκη 3) apostema, DS

aquarius دَلْو

aquiamos[1]) فول

a quibusdam عَن ذَلِك

aquila عُقاب

aquilō الرِّيح الجَوْفِيّة

aquilo جِهة الجَوْف

a quo ٱلّذى بِه

aquosum مَوْضِع غَزِير الماء

ara altare مَذْبَح

arabs uel arabus عَرَبى

arras عربان

arrabo عربان ورَهْن

aránea عَنْكَبوت

Fol. 10b col. 1 arantes حَرّاثون

Arabia بَلَد العَرَب

ararim[2]) حَرّاز

arbitror أَحْسِب وأَظُنّ

arbitrium حُكْم وشِيئة

arbiter حاكِم

arbusta قُضْبان وغَرْسة وأَغْصان

arca تابوت

---

1) *κύαμος faba, ut arab. 2) arantem aratorem حَرّاز = حَرّاث, c. حَرّان

arcanum	سِرّ مُسْتَتِر
arce ueens	رَفيع عالى
arces cacumen summitas	
arceo	اِرْفَع وَامْنَع
arcessio	اُدْعُو
arcessitus	مَنْدوب
arces uel arcéuus[1]	كُوم وعُلُوّ
arcimatrites	أَعْياد العيد [2]
arcitriclinus	راس الخُدّام
arcitectus	بَنّاء عَريف
arcista	رامى
arcis	مَرْفَع [3]
arcos[4]	مُقَدَّم ورَييس
arcturus	بَنات نَعْش
arcuatus curuus	col. 2
arcus	قَوْس
arcisterium[5]	دَيْر
ardentes	مُحْتَرِقين
ardeuus[6]	كُوم وكُدّس
ardor	حَرارة
árduus	عالى مُرْتَفِع وَعْر

1) aceruus; ardeuus q. v. 2) festi dies diei festi 3) cfr. DS: arca 4) = ἄρχων 5) = monasterium 6) cfr. arces uel arcéuus

area	أَنْدَر
arefacio	أَخْلِق وأُيَبِّس
arenacis [1])	قُنْفُذ
arenosus	مُرَمَّل
areo et aresco	أَيْبِس وأَجِفّ وأَذْبُل
areo et exareo	أُيَبِّس وأُجَفِّف
areola	إِيَّل (2
arepticius	مُجَنّ (3
argentifer	صانِع الفِضّة
argentarius	صايِغ
argentum	فِضّة
argentum uibum	زاوُق
argilla	مَنْبَت
argumentum	حِيلة
argutus	كَيِّس
Fol. 11a col. 1 argue	عاتِبْ ووَدِّبْ
arguo	أُعاتِب وأَذُمّ وأَسْتَقْبِح وأُجادِل وأُوَدِّب وأُعاذِل
argutor operor	
arricto percutio	
aridus	يابِس وجَدِيب
aries	كَبْش ومِن البُروج الحَمَل
arieto ferio arietis more	

---

1) erinaceus 2) ceruus 3) cfr. idrópicus, DS

ariolus — كاهِن

arrideo — أغْنِى بِسُرور

arripio — آخُذ وأنْزِع وأسُلّ وأتَناوَل

arriserit — ضَحِك

aristolocia

aritmetica — عِلْم التّكْسير والحِساب

arice — الطَّرْفا[1]

armatura — شَكّل السّلاح[2]

armentarium[3] — خَزانة السّلاح[2]

arma omnia quibus in bello utuntur

armentum — ماشِية

armiger — حامِل السّلاح[2] ثمّ سَيّاف

armilla — حَلْقة وصَوار[4] وخَلْخال

armipotens — مُحارِب

armonia — صَوْت[5] حُلْو وقَصيد col. 2

armor — أتَسَلَّح

armorum — سِلاح

armo munio acungo[6] compono

armum — كَتِف ثُمّ مَجْمَعة[7]

aro — أحرُث

aromatum — طِيب

---

1) tamarix 2) C. الصلاح 3) = armamentarium 4) سوار
5) prima litera abscissa, secunda et tertia partim uisibiles 6) accingo
7) DS

arrogantia تَعاطى وكِبْرِياء
arrogans تَيّاه مُتَعاطى مُتَكَبِّر
arpax فَتّاشة [1]
ars حيلة
artabularius مَفْرَش [2]
arta وَغْرة
artamur نَتَعَذَّب
arto أُضَيِّق وأُحَرِّف
arteriasis ضِيق النَّفَس
arteriaca ⟨ل⟩عوقات [3]
arterie عُروق وعَصَب وأَنابيب [4]
arteticus نِقْرِس [5]
artículo قالَب [6]
artifex صانِع
artificium ingenium ذِهْن
Fol. 11 b col. 1 ⟨artus⟩ يَسير وقَليل
artus مَفْصَل
arua أَرْض
aruginis [7] ذَرِى
aruína شَحْم

1) cfr. canícula 2) cfr. craticula, DS 3) res quae linguntur (in medicina); theriaca? DS peruerse فوقات a clarissime restante! 4) Cod. أنابيت 5) arthritis 6) forma 7) cfr. aurugine, erugo, urigo

a ruina	مِن الهَدْمة
aruo	أَيْبِس
⟨arula⟩	كانون (1)
arundo	قَصَبة
aruspex	هو الّذى يَلْتَفِت إلَى السميس (2) والى التّجارِب
asarum 3)	عُشْبة الأَمِيْرُون
ascentor contentio	أُطاوِع وأُوافِق
ascia	قادوم
asfaltum	زَفْت البَحْر وغِراء أَيْضًا وقِطْران
asfodillus	يَبْروح
aspectus	وَجْه ومَنْظَر
asperitas	خُروشة
aspello remoueo	
aspicio	أَنْظُر
aspidicos uncinos	
aspis	الحَيّة الصَّمّاء
asporto	أَحْمِل وَاخْرج
assensus uoluntas	col. 2
ascentatio conscensio	
ascentio uolo	
asse	مَعًا (4)

1) furnus 2) legendum puto التسبير uel التشبير; cfr. DS et infra: diuinus; Loewe, *Prodrom.* 410; 430: qui intendunt signa corporis 3) ipse Dozy legere nequibat! cfr. DS 4) simul

asser palus	وَتَد
asserendo	بِالطَّلَب والمُثابَرة[1]
asseruo defendo	
asserens	مُعلِم ومُخبِر
asserit	قال وعَلَّم وثَبَّت
asillus[2] **tabanus**	
asinus et asellus	حِمار
assideo juxta sedeo	
assiduus	مُثابِر مُهْتَبِل
Assiria	بَلَد السُّرْيانيين[3]
asta	رُمْح وعَصا
asterna	الوَرْد الأَحْمَر[4]
astericus[5]	رَشْم وعَلامة
astensus	ضَيق النَّفَس[6]
Astigi	أَسْتِجَة
astilia	عُصَيَّة
astra	نُجوم
astruo confirmo	
Fol. 12a col. 1 **astrologia**	عِلْم الأَفْلاك
astronomia	عِلْم النُّجُوم

---

1 [illegible] 2 asilus 3 [illegible] سُرْيانى
4 rosa rubra 5 asteriscus 6 [illegible]

ast uerum at mox uero aut at uero ceterum	فَلَمّا
ástulis	نُجارة (1)
astutia et astus	كِيس ونَباهة
astutus	كَيّس نَبيل
asura uel usura	رِبا
assuo consuesco	
ataui	والِد جَدّ الجَدّ
atauus	والِد جَدّ الأَب
átleta	مُجاهِد
attamen	أَمّا بَعْد ولاكِنْ
a terbino	سِتّة أَمْيال (2)
attenuatus	ضَعيف
attenuo	أَضْعِف وأُوهِن
attero	أَدْرُس وَاهْتَضِم وأُرَضِّض
ater uel atrum obscurum nigrum	
atnunc	الأَن
at	فَلَمّا
atramentarium	دَواة
atramentum	مِداد
atrium	قَصْر ودار ومَجْلِس
attritus	. . . . col. 2
atrocitas	. . . . . وشِرّة

1) assula 2) sex milia; cfr. bisternis (bisbini)

atrofia	بَدَن قَصير وذُبول الجِسْم
atrox seuus	
at tu tu uero	
auaritia	شُحّ ورَغْبة ولُوم وبُخْل
auarus	‹بخ›يل
auceps	قَنّاص وهو الصَّيّاد
aucmentum	زِيادة
aucta	‹كا›مِلة ورَفيعة ايْضا
auctio amplietas augmentum	
